

233
facturus sum nisi Deus interea supplicium
quendam locum dederit, a yori et liberis de
commodo hospitio in patria proficere possim
ibi commodius inter amicos quam usquam alii
vivere. Demum autem Burgundis summa
benivolentia et favore me complectitur
et suam operam promittit. Hinc itaque
peto ut fratrem illum etiam complectaris
et illum observas. Argentum tamen
et futurum pecuniatum Francofurtensem
erte accipies. Fortassis mecum illud a se
rum si interea res meas componere possi-
sim. Vale. *Stulpii* 12. Februarii 1593.

Tuus frater
Gallus

Reverendy Dny Pastor
Stulpiensis Joannes Heim
se officiose salutat. Vir
serius et orthodoxus, magis regularis.

254

Salutem et Pacem a Jesu Christo. p. D. Davidi Pareo.

Quo animo proximas meas literas receperis,
humilissime M. Pareo, nondum tibi
aut cognoscere, exstantibus nostris saneratis vel ne-
gligentia vel tabellariorum defectu. Inportunior enim
me fuisse in petendo, non dubito, dicat n. hoc nichil
jam sensus meus. Sed vixerunt amicorum preces assu-
sue et studium gratificandi discipulis meis, de quibus
sem bonam conceperam. Interim dum abs te responsum
solicite expecto et circa *Αποκαταστασις*, instat quid
me alias quispiam amicus, vir bonus, ut te denuo literis
meis interpellem, rescio quid non sibi ex nostra ami-
citia pollicens. Hujus filium Bartholomeum Hecker-
mannum, qui jam studiorum gratia, aliquandiu
apud vos commoratur, expulit calamitas scholae
Wittebergensis, sicut et alios nonnullos nostratium
quibus Academia vestra nunc asyllum prebet. Doleat
quidem Pater longius a se remotum filium et sentiat
difficultates non leves. Sed gratulatur tamen sibi
de sinceritate doctrinae coelestis, quam apud vos

si usquam alibi sibi bibere potest liberalissime. Ad-
lescentis patruelis est M. Joachimi Keipermanni, qui
per tumultus Flavianorum hinc ejectus apud vos, ut
audio, in pago quodam ministerio fungitur. Ecclesiasticus
Domus apud nos usus est Praeceptore J. D. Jacobo Fabricio
Rector. Gymnasii nostri, viri boni, fide et vita Theologus.
Postmodum ad D. Periam Wittebergam missus est, qua-
tum vita et studiorum ipsius ratio fuerit, non longum
Nunc vero, quando apud vos uberiores studiorum fru-
ctum querit, hoc per me. obnixè orat Pater Cudovici
ut pro fide et pietate tua insigni ipsam tibi comen-
datum habeas. Non hoc petit, quod nec ego ausim al-
polliceri, sed ut inter alumnos Collegii vestri scribatur,
neq; n. dubito, quin pro uno mille sint, qui hoc querant.
Sed tantum ut liber ipsi ad te aditus pateat, inq; motibus
et studiis ut exproderentur ipsi te prosteras, et quan-
tum opus esse intellexeris, consilio et re. eum adjuves.
Id quod nos facile apud te obtinere posse non diffidimus,
qui nobis ad hoc natus videris, ut in promovenda
studiosa juventute et Ecclesia. comodis querendis
omnia tua ponas. Hac tamen imprisus, suavissime
frater Pater, Tuam humanitatem officiosè rogatam
velim, ut pro oblata comoda occasione de Sabayogio
aliqua ipsi prospicere digneris, quò suntibus minoribus
opus habeat, et diutius aliquantò apud vos subsistere
possit. Sed uti de optima tua voluntate nulli dubito,
ita hoc omnia tibi integra relinquo. Video me. novum
onus tibi imponere, verum si qua in re opera mea
rursus uti volueris, omnia mea tibi deferò. Nova
nunc, quae ad te perscribam, non habeo, nisi quod ex
vicina Mignensi persecutione. Ecclesia nostra hoc
damni sentiunt, quod furiosi clamores Flavici: quos
Dei gratia non nihil hactenus compresserant, et nunc
vires resumunt, et acerbius contra nos et veritatem
divinam insurgunt, quos Jesus Christy aliquando increpa-
et compescat, propter nominis sui gloriam, Amen!
Plura adderem sed distrahunt me varia. occupati-
ones, quae adeò pertinaciter me urgent, ut vix hase-
etiam licuerit exarare. Vale Dantisci. 6. Martij. 1693.
Samuel Lindemannus Eccl. Dantisci.
ap. S. Cathar. Pastor.